 

Interpretatio schedæ Stephani Broderici, ad Sigismundum primum regem Poloniæ per cifras scriptæ.

202

Si maiestas vestra habet aliquam bonam occasionem faciendæ pacis cum Turco, fortasse non erit malum non pendere à spe istius pacis inter christianos, quæ parva est, imo nulla, neque credo aliquid secuturum. In causa est, quod rex Angliæ, magnam partem Angliæ petit, à quo non poterit separari cæsar, licet his diebus exorti fuerint quidam contrarii rumores, qui iam rursus non creduntur esse veri, de quibusdam alienationibus mentium inter cæsarem et Anglum, et meliori spe pacis, quæ omnia credo esse vana.

Si maiestas vestra faciet pacem, et si non vult extremum excidium nepotis sui et regnorum eius, includendus videtur ipse quoque et regna illius in hanc pacem